



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 51. Hujus Auctoris opera.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul. XVI. Concilii Sessione, quod tum Abbas Pontidæ Bergomensis fuerit appellatus.
 A.C. 1555. Demum, postquam Fulginensem Ecclesiam cum summa vigilantia, atque cura vere Episcopali per septem, aut octo ferme annos rexerat, ibidem Sanctitatis fama conspicuus die vigesima octava Maji hoc anno supra millesimum quingentesimo quinquagesimo quinto mortalitatem exuit non sine communi totius gregis sui luctu, qui turmatim ad ejus Palatium accurrebat, ut Pastoris sui Corpus per quadraginta horas expositum conspicere, ac osculis venerari posset. Expleverat annum ætatis suæ sexagesimum, sepultusque fuit in sua Ecclesia, ubi hodie adhuc ejus Epitaphium visitur.

§. LI.
Hujus Authoris opera.

*Richard
Simon hist.
crit. de l'an-
cien testam.*

Cum Historicus ille oppido industrius, ac Hebraici, Græcique idiomatis apprime gnarus esset, hinc duo celeberrima in Sacras Paginas opera elucubranda suscepserat; primo enim vulgatam totius Sacri Codicis versionem emendabat: altero autem quædam loca, quæ ambigua videbantur, annotationibus literalibus illustrabat. Ambo hæc opera ob doctrinam, soliditatem, æque ac utilitatem plurimum commendantur; horum

horum tamen editio prima Anno mille-Sæc. XVI.
 simo quingentesimo quadragesimo se- A.C. 1555.
 cundo Venetiis facta librorum prohibi-
 torum albo inferebatur, præcipue ob
 libertatem, qua in sua præfatione de
 Vulgata differebat. Verum hæc cen-
 sura per illos Præfules, qui a Tridentino
 Concilio examinandis libris præ-
 ficiebantur, mox fuit sublata, ipsum-
 que Isidori opus evolvi permisum, ex-
 cepta tamen præfatione, & Prolegome-
 nis. Postmodum Anno a Christi Nati-
 vitate millesimo quingentesimo sexa-
 gesimo quarto rursus Venetiis eadem
 opera elegantissimis literis excusa pro-
 diere. Scripsit etiam Isidorus latino
 sermone novum Testamentum, & quam-
 vis cum ingenti moderatione Bibliorum
 emendationem in se suscepisset, fatetur
 tamen, quod plusquam octo millia tex-
 tuum a mendis perpurgaverit, testa-
 tus, quod plura adhuc deprehendisset,
 nisi Orthodoxos offendere fuisset veri-
 tus. Ex ceteris hujus Scriptoris elu-
 cubrationibus præcipua sunt ejus Scho-
 lia in Cantica Canticorum, in Novum
 Testamentum, in Christi Sermonem in
 monte, necnon in Evangelium Sancti
 Lucæ. Edidit quoque duo sermonum
 specialium volumina, in quibus præ-
 cipua Veteris, & novi Testamenti loca
 explanat. Insuper exstant præter duos

T 5

illius

Sæcul XVI. illius sermones de justificatione, & glo-
A.C. 1555. ria in Tridentino Concilio habitos etiam
 oratio adhortans ad reconciliationem
 cum Ecclesia, necnon alia circa mode-
 rationem, qua Christianus divitiis uti
 debet. Reliquit denique posteris duos
 sermones in caput nonum Epistolæ ad
 Romanos, tresque libros in caput de-
 cimum quintum Epistolæ ad Corin-
 thios, quæ tamen ejus opera nondum
 typis vulgata prodierunt: editæ tamen
 fuere hujus Auctoris epistolæ per Mau-
 rum Piazzium Parmensis Monasterii Ab-
 batem Anno Domini millesimo septin-
 gentesimo quinto.

§. LII.

Petri Liseti extrema.

*La Croix
du Maine
Bibl. Fran-
coise.*

Alter erat Petrus Lizetus, seu Lisetus primus Parisini Senatus Præses hoc anno pariter mortuus. Hic Claromontii in Alvernia natus, soliusque meriti suffragio ad prima honorum subfellia eve-
 ctus erat, nam Parlamenti Consiliarius tribus, ac duodecim annis Regius Ad-
 vocatus fuit, & demum viginti omnino annis primarii Præsidis locum tenuit, in quibus omnibus officiis magnam sibi famam comparaverat, præcipue vero in illa caufsa, ubi Ludovica de Sabaudia Francisci I. Mater Borbonium Conne-
 stabilem divexabat; ibi enim Regis Regni-